



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

64. An distributor eleemosynæ ex testamento possit partem sibi applicare, si verè pauper est? Et notatur, quod si à Confessario imponatur in pœnitentiam, ut quis aliquid in pauperes distribuatur, non ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)



non alien. Decius conf. 429. num. 18. tom. 4. Natta, conf. 639. num. 12. tom. 4. Rolandus à Valle, conf. 54. num. 2. & seg. lib. 1. Hondedeus, conf. 102. num. 71. vlti. Menochius conf. 512. num. 12. Et ne deferas, videre Marium Antonium var. Refol. lib. 1. refol. 109. num. 7. vbi ex multis probat, quòd dictio, *Multis*, verificatur etiam in duobus ex ratione à me superius adducta, quòd pluralis locutio duorum numero est conueniens.

4. Ad secundum dubium superius possum etiam affirmatiuè respondere, & ita respondet dictus Martinus de San Ioseph loco citato, num. 4. sic asserens: [Peccato, si in el Testamento se mando dar cierta cantidad de maravedis à vn pobre, sin señalarle; podà el Alhacaca, ò heredero repartirla entre dos pobres, por leg. omnia ex familia. §. Sed & si fundum ff. de Legat. 2. donde claramente se decide, que si habeo potestatem de Testatore eligendi unum ex familia, possum eligere duos. y por este texto dize Bartolo ibidem, que se puede hazer lo dicho; à quien siguen los modernos, teste Segura 2. ibi, numero 156. Padilla ibidem, vers. Duos de familia num. 4. & ibi Paulus de Castro, vers. Duos Sacramento, lib. 8. Selectar. supr. dict. leg. cum quidam numero 12. Anton. Gomez 2. leg. 48. Tauri, num. 48. y es comun: y añade Gomez, que el Comissario, à que dieron comission para mejorar vno de los hijos, ò descendentes, puede mejorar dos.] Ita ille. Notentur hec omnia, quia in Auctoribus non inueniuntur nullum obuia.

RESOL. LXIV.

An distributor eleemosina ex testamento possit partem sibi applicare, si vere pauper est?

Et notatur, quod si à Confessario imponatur in penitentiam, vt quis aliquid in pauperes distribuatur, non possit satisfacere subueniendo sibi, & si possit subueniendo consanguineis. Ex parte 5. tractat. 8. Refol. 38.

1. Possè docet Sanchez in summa lib. 6. cap. 11. numero 55. nisi testator conscius illius paupertatis ipsum nominasset ad distribuendam eleemosinam inter pauperes, & ideo affirmatiuam sententiam putat esse veram, quando vel paupertas executoris testamento condito superuenit, vel si tempore testamenti aderat, ignota erat testatori. Ratio huius imitacionis est, quia cum paupertas executoris erat cognita testatori, est satis verisimile fore, vt si testator vellet partem eleemosinæ applicari ipsi executori iusto distribuere, id applicaret. Ita Sanchez.

2. Sed hæc limitatio displicet, & merito, Ioanni Sancio in Select. disput. 14. num. 18. quia in tali casu testator potuit vel ob pudorem, vel ob obliuionem, partem eleemosinæ supradicto executori non legare, qui cum expressè non sit exclusus, & aliàs pauper sit, nisi ad eleemosinas habeat cum ceteris pauperibus. Dicendum est igitur absolutè integrum esse executori testamentario, cui imperatum esset summam aliquam inter pauperes distribuere, sibi si verè pauper sit, sicut aliis pauperibus applicare, quicquid in contrarium asserat Sanchez, & ita nostram sententiam præter Sanchium, docet etiam Ledesma in summa tom. 2. tractat. 4. cap. 3. conclus. 15. vbi sic reddit rationem. [Potere potè encomendare el repartir la limosna, no es justo el excluirle della, si en realdad de verdad era pobre, lo qual se entienda aunque el testador fuisse que era pobre. Declaremos ma esto, el tal testador tan solamente pretendo hazer vna obra de limosna, y esta obra de limosna se halla muy bien, aplicandose à si la limosna, pues es pobre, luego

complese muy bien con lo que mandò el testador.] Ita ille, & ego.

3. Notandum tamen est hîc cum Castro Palao tom. 1. tract. 6. disput. 2. punct. 14. num. 10. & Suarez disp. 7. sect. 1. num. 9. quòd si à Confessario imponatur in penitentiam, vt quis aliquid in pauperes distribuatur non possit satisfacere subueniendo sibi, etsi possit satisfacere subueniendo consanguineis, quia talis subuentio sibi facta esset contra intentionem Confessarii, eo quòd non sit penalis quæ ad penitentiam requiritur.

Sup. hoc sup. in Ref. 43. cunctum post med.

Pro his consanguineis in tom. 1. tr. 6. Ref. 50. §. Tertio infer. & in alio §. eius not

RESOL. LXV.

An qui habet licentiam petendi eleemosinam, possit hoc ius alteri locare? Ex p. 10. tract. 11. & Misc. 1. Refol. 41.

1. Affirmatiuè respondet Henriquez in Summa, lib. 7. c. 45. num. 5. vbi sic ait: Habens iustam licentiam, & ius vno anno petendi eleemosinas per se vel per alios; si id ius locauit alteri, quidam cogunt id quasi turpe lucrum reddi pauperibus, aut componi pro ea re. Quæ sententia non est certa; quia expressè iure non prohibetur locare; nec fit inhabilis vt pretium locationis recipiat. Ita ille. Et post illum nouissimè Martinus de San Ioseph. in monita Confess. tom. 1. lib. 2. de eleemosina, tract. 8. numero 3. sic asserens: [Quando ay licencia para pedir limosna para el edificio de algun Conuento, ò para otra obra pia, es licito arendar à vn tercero el derecho y accion, que tenia el que facò lalicencia para pedir: porque aqui no se vende cosa espiritual y assi es licito, que los Prelados de las Religiones, que tienen proprio, para animar à los Religiosos, à que pidan con diligencia las limosnas para la Comunidad, y à que remedien las necessitates particulares proprias, se concierten con ellos, que traygan tanto al Conuento, y que lo demas que allegaren, sea para sus vlos licitos: lo qual se prueba del Derecho argumen. leg. si tibi rem. 13. ff. de prescript. verb. Hæc Martinus. Et hoc vltimum scio in Praxi exercuisse superiores cuiusdam Religionis: quod licet non damnem, non tamen approbo; quia præbetur subditis anfa petendi eleemosynas nimis importunè.

RESOL. LXVI.

An liceat exponere sacras Reliquias videndas, vel tangendas, vt magis eleemosina accrescant? Et cursum docetur absque simonia sacras Reliquias distrahari non posse pecuniis. Ex p. 10. tr. 16. & Misc. 6. Refol. 73.

1. Non desunt Doctores, qui censent, si ex præcipua intentione quæstus id facias, te mortaliter peccare: sic Nauarrus c. 17. num. 169. vers. 62. Armilla verb. Reliquia, n. 1. & Tabien. ibi. Philiarth. d. c. 9. ad finem. Azotius. lib. 9. c. 8. quæst. 7. Grassis 2. p. deois. lib. 2. cap. 14. n. 17. Mouentur ex cap. fin de Reliq. & venerat. Sanct. vbi mandatur, ne Reliquiæ exponantur venales. Clarius Trident. sess. 25. cap. 2. vbi dicit in Reliquiarum veneratione omnis turpis quæstus eliminetur. Ergo prohibet huiusmodi quæstum tanquam turpem. Et hanc sententiam præter Doctores citatos tener nouissimè Pater Ferrandus in Disquis. Reliq. l. 1. cap. 10. art. 2. vbi, me citato, sic asserit. Absque simonia SS. Reliquias distrahari pecuniis non possè docent vulgò Theologi ad vnum omnes, nul-

Sup. hoc in tom. 5. tr. 1.